



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

201
sensu domini, quia res mea a me sine facto meo auferri
potest. Guid. pap. q. 112. & q. 36. & q. 162.

REGULA CXXXVIII.

1 Raptores fugientes ubique capi possunt & puniri
potes. C. de episcopis & cler. & l. unica. in fine. Ibi
fori per scriptione. C. de raptu uirg. Bal. Ang. Cyn. & Sal.
& Alber. ibi & hoc propter atrocitatem flagitij.

1 Amplia. ut bonorum raptores & criminaliter & ciuili-
ter puniri possint. ut l. i. & ij. ff. de bon. rapt. & inst. de pub.
iud. §. Item l. Iulia. de ui.

2 Amplia. ut non solum raptor, sed etiam cooperator
auxilium & consilium scientur dantes, ad rapinam fac-
tam accerrime puniri debent. ut l. raptores. C. de epi-
scopis & cler. & ibi doct.

3 Amplia. ut etiam rapientes pueros causa libidinis
sunt sodomitæ, ij capitali pœna puniri debent. ut l. qui
uir nubit in foem. C. de adult. l. iij. §. qui libidine. ff. de
auct. ut non lux. contra naturam col. 6.

1 Fallit in muliere alias deflorata ab alio, quia cum
gñita & practicata fuerit ab alio præsumptio insurgit
non per uim, sed uoluntariæ ad amicum accesserit. In
Pet. de Bag. confi. 85. nu. 6 & 7. uol. 2. crimin. & Alber. in
ij. par. stat. q. 92. Corn. in sing. suis in uerf. uis fol. 182. b.
l. si ea. & l. quæ ad notorium. C. de adult. Gand. in tract. de
quæst. uariis. nu. 3. & Marf. in §. diligenter. nu. 106. & Cuius
confi. 108.

2 Fallit in muliere uestita habitu meretricali. l. apud
beonem. §. si quis uirginem. ff. de iniur. & Pet. Bagar. in
fi. 85. n. 8. uol. 2. crimin. bonif. in tract. de mal. in uerf. nu.
182. b.

3 Fallit etiam in muliere uolente, quia in uolente
cadit uiolentia. l. raptores. C. de episcopis & cler. Dyn.
c. scienti, de reg. iur. & non apparet de dolosa persuasio-
ne & seductione secundum Io. Fab. inst. de publ. iudic.
In autem raptus, & d. Gilio. de Cremona. confi. 40. nu. 128.

alias obtinui in quodam casu Mestrix sequuto in fauorem
f. d. Iacobi a Capello contra quandam mulierem de Bar-
delinus 1564.

- 4 Fallit etiam ubi præcessit tractatus de nuptiis, & ma-
trimonio celebrando, quia raptus non est punibilis. se-
cundum opin. coll. Pisani, in consi. 104. ad sit uol. 1. consi.
crimin. all. Ant. de But. in c. penult. de rapto in i. & ij. not.
& Io. de Anna. & Abb. Corn. consi. 80. num. c. & d. uol. 2.
Abb. in c. ex parte nu. 24. & 28. de restit. spol. Dec. consi.
234. in effectu nu. 8. Marf. in l. unica. nu. 302. C. de rapt.
Sp. consi. 5. nu. 1. uol. 3.

REGVLA CLXXIX.

- 1 Renunciare non uidetur, iuri sibi competenti, qui ius
suum ignorat. l. nemo fraudare. ff. de reg. iur. & ibi Deci.
Anch. consi. 128. ad fin. quod not. Din. in l. scienti. de re. iu.

1 Amplia. ut qui renunciat omni iure quod habet uel ha-
bere sperat intelligitur de spe subsistente ex causa de præ-
senti, & non de ea quæ oriri posset de futuro, secundum
Bar. in l. post emancipationem. ff. de lib. leg. & l. si uxor. §.
diuus. ff. de adult. Felin. in c. si diligenti. col. ult. uersi. 10.
fallit de foro compet. & doct. omnes in l. si quis in con-
scrib. C. de pact.

- 1 Fallit quando in renunciatione diceretur, renunciauit
omni iure sibi competenti tam de præsentis, quam de fu-
turo, ut Abb. in c. ex multiplici de decimis. Bar. Bal. & Sa-
ly. in l. hæredum in princ. ff. mandat. & ideo qui renunciat
debet esse circumspectus, ne effuso sermone obloquatur,
ne incidat in periculum.

- 2 Fallit in renuncia legitimæ, seu supplementi legitimæ,
quia licet quis renunciat omni iure suo, non tamen se ex-
tendit ad legitimam nisi de ea sit facta specifica & nomi-
nata renunciatio, secundum Boe. in q. 3. nu. 9. qui all. tex.
in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. & l. om-
nes. in uersi. specialiter & nominatim. ff. de perscrip. anno.